

ctōnis potest intelligi nisi ex situ. sed duas lineas naturales esse infra duo pūcta est impossibile quidem p naturā. sed possibile p miraculū. qz remanet alia rō distinctionis in lineis duabz ex diuersitate corporū subiectoz. que cōseruant virtute sima. etiam remota diuersitate situs;

Quodlibetum. ij.
Desitū ē de Christo de angelis / et de hoīmibz. Circa Christū quesita sūt duo d passionē eius. Primo vtz i triduo mortis fuerit idem homo numero. Secūdo vtrum quelibet passio Christi suffecissz ad redemptionē humani generis sine morte;

Hic primuz sic procedit. Videtur qz Christus fuerit idē homo in triduo. dicit Mat. xij. Sic em̄ fuit Jonas i vētre ceti tribz diebz et tribz noctibz. ita et filij hoīs i corde terre. s; nō fuit alij filij hoīs i corde terre. nisi filij hoīs q loqbat sup terrā. alioqn Christ9 fuissz duo filij. ergo fuit idē hō i triduo mortis. **D**ic. Jonas fuit idē hō in vētre ceti. q prius fuerat. sed sicut Jonas fuit i vētre ceti. ita Christ9 i corde terre. ergo Christ9 fuit idem hō. **S**ed ut r̄mota forma ptis / remouet forma totius q resultat ex opositōe forme et materie. s; in triduo mortis aīa fuit sepata a corpe Christi. ergo desijt eē hūamitas. nō ergo fuit idēz homo numero i triduo mortis. **I**stū dicēdū. qz i Christo fuerūt tres sbstātie vnitę scz corp9 / aīa / et dimitas. sed corp9 et aīa fuerūt vmita nō solū in vnā psonā. s; etiā i vnā nafam. Diuinitas at i nafa qdē nō potuit vmi nec aīę nec corpi. qz aīę sit pfectissima nafa nō pē esse p alic9 nate. s; fuit vmita et aīę et corpi i psona. i morte at sepata fuit am

ma a corpe. alioqn nō fuisset vera mors Christi. de cui9 rōe est qz sepe aīa a corpore qd per aīaz viuificatur. sed dimitas nō fuit sepata / nec ab aīa / nec a corpore. qd patet ex simbolo fidei in q de filio dei dicit. **Q**z sepultus est et descēdit ad iferos. corpore aut iacēte in sepulchro et aīa ad iferos descēdēte. nō attribuerent ista filio dei nisi hęc duo essent ei copulata in vmitate hypostasis vel persone. **E**t ideo de Christo i triduo mortis dupliciter loq possum9. **V**no mdo q̄tum ad hypostasim vel psonā / et sic ē idem numero simpliciter q fuit. aut q̄tuz ad naturam humanā. et h̄ dupliciter. **V**no modo q̄tum ad totam naturaz que humanitas dicitur / et sic Christus non fuit homo i triduo. vnde nec idēz homo nec alius homo sed eadem hypostasis. **A**lio modo q̄tum ad partem humane nature. et sic anima Christi quidē fuit oīo eadem numero. eo qz non est transmutata secūdam substantiam. **C**orpus vero fuit idēz numero s; m materiam. sed non s; m formam substantialem que est anima. **V**nde nō potest dici qz simpliciter fuit idem numero. quia quelibz differentia substācialis excludit idem simpliciter. animatum autem est differentia substācial. et ideo mori est corrumpi. non alterari tantuz. **N**ec itēz potest dici qz sit simpliciter non idem vel aliud. qz non ē s; m totam substāciam nō idem aut aliud. **D**icendū est ergo. qz s; m qd est idem et s; m quid non ē idem. s; m materiam em̄ est idēz. scdm formā nō idem. **A**d p̄mum ergo dicendū. qz homo est nomen nature. sed filij ē nomē hypostasis / et ideo magis i triduo mortis Christ9 potuit dici filius hoīs qz hō. **A**d s; m dicēdū. qz similitudo ibi nō attēditur q̄tū ad oīa. sed solū q̄tū ad occu

pationem. naz Christus fuit mortuus in corde terre non autem Jonas in ventre ceti; .ij. .q.

Hoc secundum sic procedit. Videtur quod alia passio christi non sufficeret ad redemptionem humani generis sine morte. Dicit enim Apostolus ad Gal. ij. Si ex lege est iusticia. ergo Christus mortuus est gratis id est inutiliter et sine causa. sed si alia passio sufficeret. christus gratis mortuus esset. sed hoc habet Apostolus per iconocientem. ergo alia passio christi non sufficeret ad redemptionem humani generis. **P**ro. illud enim dicitur quod iusto pretio comparatur. sed iustum pretium pro peccato primi parentis quo venditum est in servitutem genus humanum esse non potuit aliud quam vita christi que valet omnium hominum vitas. que per illud peccatum perierat. Nam pro peccato primi parentis mors in omnes introiit. ut dicitur ad Roma. v. ergo non potuisset humanum genus redimi per aliam passionem christi absque morte. **P**ro. Grego. dicit in. iij. mora. quod nisi christus mortem in debitam suscepisset. nequaquam nos a morte liberasset debita. ergo passio alia non sufficeret ad liberationem humani generis sine morte. **P**ro. **A**postolus dicit ad hebre. x. quod christus una oblatione consummavit imperatum sacrificatum. et ideo non est locus secundum oblationis. sed manifestum est quod Christus ante mortem multas passiones sustinuit. esuriens. laborans. sputus et flagellatus. si ergo iste passio sufficeret non obtulisset seipsum ad mortem. Obtulit autem seipsum hostiam deo pro peccatis nostris ut dicitur ad Ephe. v. et hoc pro morte. ergo passio christi absque morte non sufficeret. **S**ed contra. iniuria vel passio alicuius mensurat ex dignitate persone. maiorem enim iniuriam patitur rex si percutiatur in facie quam aliquis puera pro-

na. sed dignitas persone christi est infinita. quod est persona divina. ergo quolibet passio eius quantumcumque minima est infinita. quolibet ergo passio eius sufficeret ad redemptionem humani generis etiam sine morte. **P**ro. **B**ern. dicit. quod minima gutta sanguinis christi sufficeret ad redemptionem humani generis. potuisset autem aliqua gutta sanguinis christi effundi sine morte. ergo etiam sine morte potuisset per aliquam passionem humanum genus redimere.

Respondens dicens. quod ad redemptionem duo requiruntur. scilicet quantitas precii et deputatio eius ad aliquid emendum. si enim aliquis det precium non equaliter ad rem aliquam acquirendam non dicitur esse simpliciter emptio. sed partim emptio et partim donatio. puta si quis emat librum qui valet xx. libras pro x. libris partim emeret librum et partim siibi daret. rursus si daret etiam maius precium. et non deputeret ad emendum non diceretur emere librum. **S**i ergo loquamur de redemptione humani generis quantum ad quantitatem precii. sic quilibet passio christi etiam sine morte sufficeret ad redemptionem humani generis propter infinitam dignitatem persone. et sic procedunt ultime duae rationes. **S**i autem loquamur quantum ad deputatum precii. sic dicendum est. quod non sunt deputate ad redemptionem humani generis a deo patre et christo. alie passiones christi absque morte. **E**t hoc triplici ratione. **P**rimo quod ut precium humani generis. non solum esset infinitum valore. sed etiam esset eiusdem generis. ut scilicet nos a morte pro morte redimeret. **S**ecundo ut mors christi non solum esset precium redemptionis sed etiam exemplum virtutis. ut videlicet homines non timerent pro veritate mori. et has duas causas assignat Apostolus ad Hebre. ij. dicens. **U**t per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium. quantum ad primum. et liberaret eos qui timore mor-

tis p totaz vitā obnoxii erant ser-
uituti. q̄ntū ad sc̄dm. **T**ercio vt
mors Christi esset etiam sacramē-
tum salutis. dū nos vtute mortis
Christi morimur pctis. ⁊ carnīlibz
concupiscētiis. et pprio affectui. et
hec causa assignatur. **i. Petri. iij.**
Christus semel pro pctis nostris
mortuus est. iustus p iniustis. vt
nos offerrz deo. mortificatos q̄dē
carne viuificatos aut spū. Et ideo
hūanū genus nō est redemptuz p
aliam passionē absqz morte Chri-
sti. **A**d primū g^o dicendū. qz nō
sine causa deputata est mors Chri-
sti ad r̄demptōz hūmani generis.
q̄uis mīor passio potuisset suffice-
re vt dictum est. **A**d secūdū di-
cendum. qz **Christus** non solū sol-
uendo vitam suā sed etiaz quācū-
qz passionem patiēdo. sufficiens
pretium exoluisset pro redemptio-
ne hūmani generis. si minor pas-
sio adhuc d̄mitus deputata fuisset.
et hoc ppter infimitam dignitatem
p̄sonę Christi vt dictum est. **A**l-
ie duę rationes p̄cedunt ex h̄. qz
alie passiones Christi nō fuerūt de-
putate qz p eas absqz morte Chri-
sti r̄dimeret hūanū genus;

Deinde querebatur de ange-
lis. et primo q̄ntū ad op̄osi-
tionem ipsorz. sc̄do q̄ntū ad
t̄ps motus ipsorz. Circa primū q̄-
rebāt duo. primo vtz angelz sb̄-
stantialiter sit op̄ositus ex essentia
et esse. Sc̄do vtz in angelo sit ali-
ud suppositū et nat̄a;

.iij. .q.

Hoc primū sic procedit. **V**i-
detur qz angelus nō compo-
natur sb̄stantialiter ex essen-
tia ⁊ esse. Essentia em̄ angeli ē ip-
se angelus. qz quiditas simplicis.
est ip̄m simplex. si ergo angelz cō-
poneret ex essentia et esse cōpone-
retur ex seipso. et alio. hoc aut̄ est
icouemēs. nō g^o sb̄stantialit̄ op̄oit̄

ex essentia et esse. **P**re. nullum
accidens cadit i sb̄stantialem op̄osi-
tōz sb̄stantialit̄. sed esse āgeli est acci-
dens. pprie em̄ deo attribuit **D**i-
laris in libro de trim. qz esse non
sit accidens ei sed subsistēs veritas.
ergo āgelus non est essentialiter
compositus ex essentia et esse. **S**z
cōn̄ est quod dicit̄ in quito libro d̄
caulis. qz intelligētia quā dicimz
āgelum habet essentiam et esse.
Responso dicenduz. qz dupliciter
aliquid de aliqz p̄dicat̄. **U**no mō
essentialiter. **A**lio modo p partici-
pationem. lux em̄ p̄dicat̄ de cor-
pore illuīato participatiue. s̄ si eēt
aliqz lux sepata. p̄dicaret̄ de ea eēn-
tialiter. **S**ecūdū hoc g^o dicendū ē.
qz ens p̄dicat̄ de solo deo essentiali-
liter. eo qz esse d̄mū ē esse sb̄sistēs ⁊
absolutū. **D**e q̄libz aut̄ creat̄a p̄di-
cat̄ p participatōz. nulla em̄ crea-
ta est suū esse. s̄ est h̄ns eē. sicut et
deus dicitur bonus eēntialiter qz ē
ipsa boītas. creat̄e at̄ dicūt̄ bone p
p̄ticipationē. qz h̄nt bonitatē. **D**i-
nūqz em̄ inq̄tum est. bonū est.
s̄ illud **Aug. i. j. de doc. chri. dice-**
tis. Qz iq̄tum sumz. boni sumus.
Quācūqz aut̄ aliquid p̄dicat̄ de al-
tero. oportet ibi aliud esse p̄ illud
q̄d p̄ticipat̄. ⁊ idō i q̄libz creat̄a ē
aliud ip̄a creat̄a que habet esse. et
ipsuz eē ei. **E**t h̄ est q̄d **Boe. dicit**
i libro de hebdo. qz i oī eo q̄d est a-
tra p̄mum. aliud est esse. et q̄d ē.
Sed sciēdū est qz aliquid p̄ticipa-
tur dupliciter. **U**no modo q̄si exi-
stens de sb̄stātia p̄ticipantis. sicut
genus participat̄ a specie. hoc at̄
modo esse non participat̄ a crea-
tura. id em̄ est de sb̄stātia rei q̄d ca-
dit in eius diffinitionem. ens aut̄
non ponit̄ in diffinitione creat̄e.
qz nec est genus nec differētia vñ
p̄ticipat̄. sic aliq̄d existēs de essen-
tia rei. et ideo alia questio est. an
ē. et q̄d ē. **U**n̄ cū omē q̄d ē p̄ esse

tiam rei dicat' accidēs: eē qđ ptmz
ad qđstōnē an est: ē accidēs. Et idō
Cōmētator dicit i. v. *Meta.* qđ ista
ppositō fortis est: est de accidēali
predicato: s^m qđ importat entitatē
rei vel veritatē ppositōis: s; verus est
qđ h' nomē ens s^m qđ importat rez
cui opetit huiusmodi esse sic signi-
ficat eēntiā rei: et diuidit' per decēz
gñā nō tñ vnuocē: qđ nō eadē rōe
opetit omibz eē: s; s;bstātie qđez p
se: alijs aut aliter. Sic ergo i an-
gelis est compositio ex eēntia et es-
se. nō tamē est compositio sicut ex
partibus substantie: sed sic ex s;bs-
stātia 7 eo qđ adheret s;bstātie.

Ad primum ergo dicenduz: qđ ali-
quādo ex ijs que simul iunguntur
relinquitur aliqua res tercia: sicut
ex anima et corpore constituit' hu-
manitas que est homo: vñ hō cō-
ponit' ex anima 7 corpore: aliquā-
do autem ex ijs que simul iungūt'
non resultat res tercia: sed resultat
quēdam ratio composita: sicut ra-
tio hominis albi: resoluitur in ra-
tionem hominis: 7 in rationēz al-
bi: 7 in talibz aliquid componitur
ex seipso et alio: sicut album com-
ponitur ex eo quod est album: 7 ex
albedine. **A**d scđm dicendum:
qđ esse est accidens non quasi p ac-
cidens se habēs: sed qđ actualitas
cuiuslibz s;bstātie: vñ 7 ipse de' qđ ē
sua actualitas: ē suū eē; q.

Hsecundū sic pceditur. **D**i-
det' qđ in angelo idem sit sup-
posituz et natura: i ijs em que
sunt composita ex materia et forma
differt suppositum et natura: quia
suppositum addit sup naturāz spēi
materiam indiuidualē: quod non
potest esse in angelo: si āgelus nō
sit compositus ex materia 7 forma:
ergo i angelo nō differt supposituz
7 natura. Sed dicebat' qđ supposi-
tum i angelo differt a natura inqđ
tum suppositū intelligit' vt habēs

esse non autem natura. Sed con-
tra: essentia sicut non ponitur i dif-
finitione nature: ita non ponitur i
diffinitione suppositi vel singularis:
si suppositum vel singulare diffiniē:
ergo supposituz p esse nō differt a
natura: nullo ergo modo differūt
suppositum et natura. **S**ed con-
in omibz creaturis natura cōstis-
tuit suppositum: sed nihil constitu-
it seipsum: ergo in nulla creatura
est idem suppositum et natura.
Responsio dicendū: qđ ad illi' que-
stionis intelligentiā oportet con-
siderare quid sit suppositum: et qđ
natura: natura aut qđuis multipli-
citer dicit': tamen vno modo dicit'
natura ipa s;bstātia rei: vt dicit' in
. v. *Meta.* Et qđ s;bstātia significat
eēntiā vel qđditatē rei: vel qđ qđ est:
illud aut significat noie nature prout
hic loqmur de natura: qđ significat
diffinitō. **D**n Boe. di. i. li. de dua-
bz naturis: qđ natura est vnuqđqđ ifor-
mās specifica differētia. Differētia
em specifica ē cōpletua diffinitōis.
Suppositū aut ē singulare i genere
s;bstātie qđ dicit' hypostasis vel s;bs-
stātia pma: et qđ s;bstātie sēbiles
oposite ex materia et forma sūt no-
bis magis note: ideo i eis pmo vi-
deam' quō se habeat eēntia vel na-
tura ad suppositū. Dicūt aut qđdam
qđ forma ptis ē idēz cū forma toti'
(que dicit' eēntia vel natura) s^m rē:
s; differūt rōe: nā forma ptis dicit'
iqđtū facit naturāz eē in actu: forma
aut toti' iqđtū cōstituit spēz: sic aīa
dicit' forma ptis i qđntū facit corp'
eē in actu: et dicit' aīa forma toti'
iqđntū cōstituit spēz hūanā: 7 sic di-
cit' hūanitas. Et s^m h' in rebz cōpo-
sitis ex materia et forma natura ē
ps suppositi: nā suppositū ē idiui-
duū cōpositū ex materia 7 forma vt
dictū ē. **S**3 pdicta positō nō videt'
eē vā: qđ vt dictū ē: natura vel eēntia
d' id qđ significat diffinitio: diffi-

initio aut in rebus naturalibus non solum
 significat formam / sed etiam mate-
 riam / ut dicitur i. xi. metaphi. nec
 potest dici quod materia ponatur in diffi-
 nitione rei naturalis sicut non exis-
 tens de essentia eius. Hec enim est pro-
 prium accidentis ut diffinitur per ali-
 ud quod non est de essentia eius scilicet
 licet per subiectum. et ideo habet es-
 sentiam incomplete. ut dicitur i. vi.
 metaphi. Relinquitur ergo quod in re-
 bus compositis ex materia et for-
 ma. essentia vel natura non sit sola for-
 ma. sed compositum ex materia et for-
 ma. Restat ergo considerandum. cum sup-
 positum vel indiuiduum naturale sit
 compositum ex materia et forma. ut-
 rum sit idem essentie vel nature.
 et hanc questionem mouet Philosophus
 in. vii. Metaphi. ubi inquiri-
 rit utrum sit idem unumquodque et quod
 quid est eius. et declarat quod in his que
 dicuntur per se. idem est res et quod quod
 est rei. in his autem que dicuntur per
 accidens non est idem. homo enim ni-
 hil est aliud quam quid est hominis. nihil
 enim aliud significat homo quam animal
 gressibile bipes. sed res alba non
 est idem omnino ei quod quid est albus.
 quod scilicet significatur nomine albi-
 nam album nihil significat nisi que-
 litatem. ut dicitur in predicamentis res autem
 alba est substantia habens qualitatem.
 secundum hoc ergo cuiuscumque per aliquid
 accidere quod non sit de ratione sue
 nature. in eo differt res. et quod quid
 est. siue suppositum et natura. nam
 in significatione nature includitur
 solum id quod est de ratione speciei.
 suppositum autem non solum habet hec
 que ad rationem speciei pertinent. sed
 etiam alia que ei accidunt. et ideo
 suppositum significat ut totum. na-
 tura autem siue quidditas ut pars
 formalis. In solo autem deo non iue-
 nitur aliquid accidens preter eius essen-
 tiam. quod suum esse est sua essentia ut
 dictum est. et ideo in deo omnino est idem

suppositum et natura. In angelo autem
 non est omnino idem quod aliud ei accidit
 preter id quod est de ratione sue speciei.
 quod et ipsum esse angeli est preter eius
 essentiam vel naturam. et alia quedam
 ei accidunt que omnia pertinent ad sup-
 positum. non autem ad naturam. Ad
 primum ergo dicendum. quod non solum
 in compositis ex materia et forma
 inuenitur aliquod accidens preter es-
 sentiam speciei. sed etiam in substantiis
 spiritualibus que non componuntur
 ex materia et forma. et ideo in ut-
 trisque suppositum non est idem omnino
 cum natura. hoc tamen est aliter. et
 aliter in utrisque. Dupliciter enim
 aliquid accipitur ut accidens preter
 rationem rei. Uno modo quia non
 cadit in diffinitione significante es-
 sentiam rei. sed tantum est designa-
 tiuum vel determinatiuum alicuius es-
 sentialium principiorum. sicut ratio-
 nale accidit animali utpote preter dif-
 finitionem eius existens. et tamen
 est determinatiuum essentie anime. unde fit
 essentialis homini et de ratione eius. Alio
 modo accidit aliquid alicui. quod nec est in eius
 diffinitione. nec est determinatiuum alicuius
 essentialium principiorum. sicut albe-
 do accidit homini. his ergo que sunt compo-
 sita ex materia et forma accidit ali-
 quid preter rationem speciei. cum enim de ratione
 speciei humane sit quod componatur ex anima
 et corpore. determinatio corporis et ani-
 me est preter rationem speciei. et acci-
 dit homini in quantum est homo. quod sit ex hac
 anima. et ex hoc corpore. sed hoc uenit
 per se huic homini. de cuius ratione
 esset si diffiniretur. quod esset ex hac
 anima et hoc corpore. sicut de ratione
 hominis compositis est quod sit ex anima et cor-
 pore. Accidunt etiam compositis ex
 materia et forma preter rationem speciei
 multa alia. que non sunt determinatiua
 essentialium principiorum. Substantiis
 vero immaterialibus creatis accidunt
 quedam preter rationem speciei. que non sunt determi-
 natiua essentie speciei et essentialium prin-

cipiorum vt dictum est. non tamē
accidunt ei que sūt determinatiua
essentię speciei. quia ipsa natura spēi
nō indiuiduat per materiaz s; per
seipsā. ex hoc q; talis forma nō est
nata recipi i aliqua materia. vnde
p seipsaz nō ē multiplicabilis neq;
predicabilis de plurib; . sed q; nō
est suū esse. accidit ei aliquid p;et
rationē speciei. scilicet ipsum esse.
7 alia quedaz que supposito attri
buūt 7 nō materię. ppter qd sup
positum i eis non est omnino idem
cum natura. **Ad scdm.** q; nō om
ne quod accidit alicui p;eter ratio
nem speciei est determinatiuū ipsi
us essentię. nec oportet illud poni
in ratione eius sicut dictum est. et
ideo licet ipsū esse non sit de ratio
ne suppositi. q; tamen pertinet ad
suppositum 7 non ē de ratione na
ture. manifestum est q; suppositū
et natura non sūt omnino idem in
quibuscunq; res est non suū eē.

Ad id vero qd i contrariuz obijatur.
dicitur q; natura dicitur constituere
suppositum etiam in compositis ex
materia et forma. nō quia natura
sit vna res 7 suppositum alia res /
hoc em̄ esset s; opinionem dicen
tiuz. q; natura speciei sit forma tm̄
que constituit suppositum sicut to
tum. sed q; s; modum significan
di natura significat vt ps rōne sup
dicta. suppositū vero vt totū. natura
significat vt constituēs. et suppo
situm vt constitutum;

.v. .q.

Deinde quesituz ē de tēpore p
qd deus mouet creataz spū
alē s; **Aug.** vt sit idē cum
tempe qd mēsurat mot; reruz cor
poraliū. 7 videt q; sic. q; neq; **Aug.**
gustim; diuisitatē hāc tpor; assignat.
neq; aliq; **Phis.** vanū igit
videt hāc diuisitatē tpm assignare
Pre. omē qd est / iqtū ē / vnū ē /
si g; nō sit vnū tēp; s; diuisa. nō eīt

ens / qd ē iconueniens. g; oportet
ponere vnū temp; tm̄. **Sed cō**
tra. tempus quo mensurantur cor
porales motus est numerus mo
tus primi celi. s; **Philosophum**
quarto **Phis.** s; tempus per quod
mouentur angeli nō habz aliqū
ordinē ad motū. g; illud tps est a
liud a tpe corporaliū rerū. **Pre.**
p;etuo 7 corruptibili nihil est cō
mune. nisi s; nomē vt dicit in .x.
Meta. sed angeli sūt p;etui. corpa
aut sūt corruptibilia. nō g; idē tē
pus ē vtroz; . **Phis.** dicens. q; sic
Aug. dicit i .xj. de ci. dei. Tempora
nō fuissent nisi creatura fieret que
aliquid aliqua motione mutaret.
cuius quide; mutationis cū aliud
atq; aliud q; simul eē non pnt cedit
atq; succedit. sequit; tpus. ex quo
accipit qd etiā **Phis.** dicit in .iij.
Phis. q; oportet loq; de tempe s; m
rōz mot; . nam tempus ē numer
mot; s; p;us 7 posteri; . Omis g;
mot; q; pnt mēsurari vna mēsurā.
hnt vnū tpus. s; si qui vero mot;
sūt. q; nō pnt vna mēsurā mēsurā
ri. nē ē q; eoz; sit diuisū tps. Cum
at mēsurā sit homogēia mēsurā
to. vt dicit in .x. **Meta.** manifestuz
est q; oīa que sūt vni; generis pos
sunt habere vnam mēsurā com
munē. non aute; que sunt genez
diuersoz; . Omēs at; motus cōtinui
cōueniūt in vno genere mōtuz sūt
commensurabiles. et ideo possunt
habere vnam volubilitatē 7 men
surā communem. mensurantur
enim omnes simplicissimo sui ge
neris scilicet velocissimo motu pri
mi celi. **Vnde** omnium motuū cō
tinuoz; potest esse vnū tempus
commune. quod quidem tempus
licet videatur esse s; genus de nu
mero discretorum quod est nume
rus. quia tamen est numer; harū
rerum cōtinuarum scilicet motuuz.
fit ipsum continuuz / sic decem sim;

placiter dictū. est aliquid discretū. sed decem vlnę pām est aliquid cōtinuū. Discretorū autē et cōtinuorū non p̄ esse vna mensura commūms. cū sint diuersorū genēz. i q̄tū sūt mēsurabilia. Et ideo necesse est si sint aliqui motus non cōtinui. q̄ tpus eorū sit aliud a tpe q̄ mēsurāt motus cōtinui. Manifestum est autē. q̄ motus spūaliūz creaturāz de quibz loquit̄ Aug. dicēs. Creatam spūalem mouei p̄ tpus et non per locū. non sūt motus cōtinui sed vicissitudines quedaz discrete. Dicit̄ em̄ q̄ p̄ tpus mouet̄ amm̄. vel remiscēdo quorū oblit̄ erat. vel discendo quod nesciebat. vel nolēdo quod volebat. Dñ manifestū est. q̄ cū temp̄ non habeat cōtinuitatē nisi ex motu. q̄ tale tempus non est cōtinuū. et q̄ est aliud a tempe corporalium rez.

Ad p̄mū ḡ dicēdū. q̄ Aug. ex ipsa motuū dīa dat intelligere differentiam tempoz. Ad secūndum dicēdū. q̄ eo modo aliqd est vnum quo est et dicit̄ esse. qd em̄ dicit̄ eē s̄m speciem. est vnū specie. nō aē vnū numero. vnde non seq̄t̄ si sint plures hoīes. q̄ non sit hō. et similiter non sequit̄ q̄ si sint plura tēpora. q̄ non sit tempus.

Deinde quesitū est de homie. p̄mo q̄tū ad vtutes. scdo q̄ntum ad p̄ca. tercio q̄ntū ad penas. Circa virtutes autē fuit quesitū. et q̄tū ad res dīmas. et q̄tū ad res hūanas. Quātum ad res dīmas q̄sita sūt tria. Primo circa fidē. vtz aliq̄s credere teneatur christo visibilia miracula non faciēti. Scdo circa fidei sacmētū. vtz puuli iudeoz sint baptizādi iuitis p̄ntibz. Tercio q̄rit̄ circa decimas q̄ debēt̄ ministris sacmētorū. vtz trum aliq̄s p̄pter cōsuetudīez possit excusari ne decimas soluat.

•v). •q.

Homī sic procedit. Videt̄ q̄ christo nō faciēti visibilia miracula hoīes credere nō tenēt. Quicūq̄ em̄ nō facit h̄ ad qd tenet peccat. s̄ si hoīes nō crederēt christo miracula nō faciēti nō peccarēt. dicit̄ em̄ ip̄e Jo. xv. Si opa nō fecisset̄ i eis q̄ nullus aliq̄ fecit. p̄c̄m nō haberēt. et loq̄t̄ de p̄c̄o i fidelitatis s̄m Aug. ḡ christ̄ si nō fecisset̄ miracula hoīes credere nō tenēt. P̄e. null̄ p̄ mutare legez nisi latoz legis. v̄ ea supior. s̄ christus p̄dicabat quedā q̄ videbāt̄ p̄tinere ad veteris legis abolitōz. sic q̄ tibi non cōm̄narent hoīez et q̄ licet in sabbato opari. ḡ si non p̄ bass̄ se legislatozē esse. non fuisset ei credēdū. s̄ h̄ non potuisset nisi p̄ miracula. cū legislationē multa miracula p̄cesserēt. ḡ christo nō esse credēdū. S̄ cō. magis obligātur hoīes ad credēdū p̄mē veritati q̄ ad credēdum sigms visibilibz. sed licet christus miracula non fecisset. ip̄e tñ verus deus existēs. p̄ma veritas erat. ḡ etiaz si miracula non fecisset̄ adhuc ei erat credēdū. P̄e. ḡtia v̄mōis maior est q̄ ḡra ḡtumfaciēs p̄ adoptionez. sed miracula nō sufficient probant gratiam gratum facientem. q̄ vt habetur Matthei. vii. iis qui christo in iudicio dicent. Domine i nomine tuo virtutes multas fecim̄. respondebit̄. non noui vos. ergo multo min̄ miracula sufficiunt ad probandum gratiā v̄mōis. si ergo sine miraculo christo homīes credere non tenentur. neq̄ etiam miraculis factis tenebantur credere dicenti se esse deum. quod patet esse falsum. Responsio dicēdū. q̄ nullus tenetur ad hoc quod est supra vires suas. nisi p̄ hunc modum quo fit sibi possibile. credere autem est supra potentiam homīms naturalē. Dñ ex dono dei pue-

nit fm illud **A**postoli ad **E**phe. ij. Gratia saluati estis per fidem. et h non ex vobis / dei em̄ donum est. Et ad **Ph**i. j. dicit. Vobis datū ē pro christo nō solū vt ī ipsū credatis / s; vt p ipso patiamini. Homo g° tenetur credere fm̄ hoc q; adiuuatur a deo ad credendū. adiuuat autē aliquis ad credendū tripliciter. **P**rimo quidez p interiorē vocationē / de qua dicit **Io**anms. vj. Omis q; audiuit a p̄re z didicit venit ad me. Et ad **R**oma. viij. Quos predestinauit hos z vocauit. **S**cdo per doctrinam et predicationē exteriorē fm̄ illud **A**postoli ad **R**oma. x. fides ex auditu / auditus autē p verbis dei. **T**ercio per exteriora miracula vnde dicit prime **Co**rm. xiiij. Quia signa data sūt infidelibus vt scilicet p ea prouocetur ad fidem. Si autē Christus visibilia miracula non fecisset / adhuc remanerent alij modi attrahēdi ad fidem quib; homines acquiescere tenerent. Tenebant em̄ hoies credere actori legis / et pphetaz. Tenebant etiam interiori vocationi nō resistē sic **E**saie. de se dicit. Dominus deus aperuit mihi aurem / ego at̄ non contradico nec retrorsū abij **E**sa. l. Sic eō uerso de quibusdā dicit **A**ctu. viij. vos semp spiritui sancto restitistis. **A**d primū ergo dicēdū. q; inter illa opera que Christus ī hominibus fecit / annumerari etiam debet vocationi interiori / qua quosdam attraxit / sic dicit **G**rego. in quadam homelia q; Christus per pemptētiam traxit **M**agdalēnā interiori / q; eam per clemētiam foris suscepit / annumerari etiam deb; eius doctrina. cū ipse dicat / si nō remissem z locutus eis fuisset p̄c̄m non haberent. **A**d scdm dicēdū. q; Christus se poterat ostēdere eē legislatorē / nō solū faciēdo visibilia miracula / s; etiā per auctoritatē scriptu

re et p interiorē instinctū. **A**d terciū dicēdū. q; interior instinctus q; Christus poterat se maifestare sine miraculis exteriorib; / pertinet ad virtutē primę veritatis que interiorius hoies illuminat et docet.

Ad quartū dicēdū. q; miracula visibilia sūt virtute diuina / ad cōfirmationem virtutis fidei. **V**nde dicitur **M**arci ultimo de apostol. q; p̄dicauerūt vbiq; dño coopante / et p̄monē cōfirmante sequētibus signis / non at̄ sūt miracula semp ad demonstrandū grāz ei; p que miracula sūt. et ideo p̄ ostingē q; aliquis grāz ḡtum faciētem nō hñs / miracula faciat. sed h ostingere nō p̄t. q; aliquis falsā doctrinā auctiās vera miracula faciat / q; nō m̄ virtute dīna fieri p̄nt. sic em̄ de; est falsitatis testis qd est impossibile. **C**um g° Christus se filiū dei diceret equalē deo / hāc eius doctrinā cōprobabant miracula que faciebat. et ideo ostēdebat Christus p miracula que faciebat esse de;. **P**etrus autē licet eadē vel maiora miracula faceret / nō probabat eē deus / s; per ea etiā probabat q; Christ; eēt deus. q; **P**etrus non p̄dicabat seipsum s; **J**esū Christū esse deū;

.vñ. .q.

Ad scdm sic p̄cedit. **V**idetur q; p̄uei iudeoz sint baptizādi parētib; inuitis / mai; em̄ est vinculū m̄rimomiale q; ius patriepotestatis / q; ius patriepotestatis p̄t p hoies solui / cui; filius familias emancipat; fm̄ illud **M**at. xix. Quos deus coniūxit hō non separat. sed propter infidelitatē soluitur vinculū matrimoniale. **D**icit enim **A**postolus prime **C**oim. septimo. q; si infidelis discedit / discedat / non est enim seruituti subiectus frater aut soror ī eiusmodi. **E**t canon dicit. q; si coniūx infidelis non vult cohabitare sine cōtus

2^m

melia creatoris. q̄ alter coniugū nō debet ei cohabitare. 8^o multo magis p̄pter infidelitatem tollitur ius patriepotestatis. Sic 8^o infideles iudei non habent ius patriepotestatis in suos filios. possunt 8^o eorum filij baptizari eis inuitis. ¶ **P**re. magis debet homini subueniri con̄ periculum mortis eterne. q̄ con̄ periculum mortis temporalis. si aliquis videret hominem in periculo mortis temporalis. et ei nō ferret auxiliū peccaret. Cum 8^o pueri iudeorum et aliorum infidelium sint in periculo mortis eterne. si parentibus relinquantur. q̄ eos in sua infidelitate informant. videtur q̄ sint eis auferendi et baptizandi et in fide instruendi. ¶ **P**re. filij seruorum sūt serui. et in p̄tate dñorum. sed iudei sūt huius regū et principū. 8^o et filij eorum. reges 8^o et principes habent potestatem de filiis iudeorum facere q̄d voluerint. nulla ergo est iniuria si per eos baptizentur inuitis parentibus. ¶ **P**re. quilibet homo magis est dei a quo habet animam. q̄ patris carnalis a quo habet corpus. nō est 8^o iniustum si pueri iudeorum carnalibus parentibus auferantur. et deo per baptismum consecrentur. ¶ **P**re. baptismus est efficacior ad salutem q̄ p̄dicatio. q̄ per baptismum statim tollitur peccati macula et reatus p̄ne. et aperit ianua celi. sed si periculum sequatur ex defectu p̄dications. imputatur ei q̄ nō p̄dicauit. vt habet Ezechielis. iij. et xxxij. de eo q̄ vidit gladium remētē et nō insonuit tuba. 8^o multo magis si pueri iudeorum damnentur p̄pter defectū baptismi imputatur eis ad peccatum q̄ potuerunt baptizare et non baptizauerunt. ¶ **S**ed con̄. nemini faciēda est iniuria. fieret autē iudeis iniuria si eorum filij baptizarentur eis inuitis. q̄ amitterent ius patriepotestatis in filios iam fideles. 8^o eis inuitis nō sūt baptizandi. ¶ **I**tem dicendū. q̄ maxi-

mam auctoritatem habet ecc̄lesia consuetudo. q̄ semp̄ est in omnibus emulanda. q̄ et ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia habet auctoritatem. Unde magis est standū consuetudini ecc̄e q̄ vel Augu. vel Hierony. vel cuiuscūq̄ doctoris. hic autē ecc̄ie usus nūq̄ habuit q̄ iudeorum filij inuitis parentibus baptizarentur. quous fuit retro actis temporibus multi catholici principes potētissimi. vt Constantinus Theodosius et alij plures quibus familiares fuerunt sanctissimi episcopi vt Siluester Constantino. et Ambrosius Theodosio q̄ nullo modo premississent ab eis impetrare. si esset consonum rationi. et ideo periculosū videtur hanc assertionem de nouo inducere. vt p̄ter consuetudinē in ecclesia hactenus obseruatā. iudeorum filij inuitis parentibus baptizentur. Et huius ratio est duplex. vna quidem p̄pter periculum fidei. Si enim pueri vsu rationis nodū habentes baptismum susciperent. postmodū cū ad perfectam statem puenirent. defacili possent a parentibus induci vt relinquerent quod ignoranter susceptum. ¶ **A**lia vero ratio est. quia repugnat iusticie naturali. filius enim naturaliter est aliquid patris. et primo quidem a patre nō distinguitur secundum corpus quādiu in matris utero continetur. postmodū vero postq̄ ex utero matris egreditur. atq̄ vsu liberi arbitrii habeat. continetur sub parentum cura. sicut sub quodā utero spiritali. quādiu enim vsu rationis nō habet puer. nō differt quantum ad ea que agit ab animali irrationabili. Nō sic bos vel equus iure gentium vel ciuili est possessoris. vt utatur eo cū voluerit sic proprio instrumento. ita de iure naturali est. q̄ filius anteq̄ habeat vsu rationis sit sub cura patris. Nō contra iusticiā naturalem est. si puer anteq̄ habeat vsu liberi ar-

bitrij a cura parentum sōtrahat: vel de eo aliqd ordinet inuitis parentibus. Postq̄ aut̄ incipit habere vsum liberi arbitrij iā incipit eē suus: et p̄ q̄ntuz ad ea que sūt iuris diuini vel naturalis sibiipsi prouidere: et tunc ē inducendus ad fidem nō coactione sed psuasione. Et potest etiā inuitis parentibus cōsentire fidei: et baptizari sicut cōtere matrimonium: non aut̄ anteq̄ habeat vsū rationis. vnde de pueris antiquoz patz dicit q̄ saluabant in fide parentum p̄ qd̄ dat̄ intelligi: q̄ ad parentes ptinet prouidere filij s̄ sua salute p̄cipue anteq̄ habeat vsū rationis. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū. q̄ i vinculo matrimoniali vterq̄ coniugū habz vsū liberi arbitrij: et vterq̄ p̄ iuito altero fidei assētire: sed hoc nō habz locū in puero anteq̄ habeat vsum rationis: sed postq̄ habet vsuz rationis tunc tenet similitudo si cōtū voluerit. ¶ Ad secūdū dicendū. q̄ a morte tempali nō est aliquis eripiendus cōtra ordinem iuris ciuili: puta si quis a suo iudice cōdemnaret ad mortem: nullus debet eū violenter eripere. Vnde nec aliq̄s debet irrumpe ordinem iuris naturalis: quo filius ē sub cura patris vt eum liberet a piculo mortis etne. ¶ Ad terciū dicendū. q̄ iudei sunt serui p̄ncipuz seruitute ciuili: que non excludit ordinem iuris naturalis vel diuini. ¶ Ad q̄rtuz dicendū. q̄ homo ordinet̄ ad deū p̄ rationem: p̄ quaz deū cognoscere p̄t. Vñ puer anq̄ vsū rōnis hēt: naturali ordme ordinet̄ in deū p̄ rōz parentū: quoz cure naturaliter subiacet: et s̄m̄ eoz dispōnem sūt circa ipm̄ diuina agēda. ¶ Ad q̄ntuz dicendū. q̄ piculū qd̄ cōsequit̄ p̄dicatōe obmissa: nulli imminet nisi eis q̄bus ē cōmissuz p̄dicatōis officuz. Vñ in Ezech. p̄mittit̄ speculato

rem dedi te filijs israhel. Prouidere aut̄ pueris infidelū s̄ sacramentis salutis ptinet ad p̄ntes eozū: vñ eis imminet piculū p̄pter sōtracōem sacramētoz: si eoz paruuli detrimentū salutis patiant̄;

·viii· ·q·
H terciū sic p̄cedit. Videl̄ q̄ p̄pter cōsuetudinez aliq̄ deo obligent̄ a iure reddendi decimas: magis em̄ ē accipe decimas qm̄ nō dare: s̄ p̄pter cōsuetudinem i aliq̄bz terris aliq̄ milites accipiunt decimas: et h̄ ab ecclia tolerat̄. 8° multo magis p̄pter cōsuetudinē aliq̄ deo obligant̄: vt decimas nō soluant: neq̄ soluere teneantur. S̄ cōt̄ ius diuini nō abolet̄ p̄ disuetudinē: s̄ decime debent̄ de iure diuino: 8° p̄ cōsuetudinem nō abolet̄ ius reddendi decimas: tenent̄ 8° homies reddere decimas cōtraria cōsuetudie nō obstāte. ¶ 11° dicendū. q̄ ea q̄ sūt de iure positivo p̄ disuetudinē abolent̄: ea vero q̄ sūt de iure naturali vel diuino p̄ nullā disuetudinē aboleri p̄nt: nulla em̄ disuetudine fieri p̄t vt sit licitum furari vel mechari. Est 8° cōsiderādū ad p̄positā q̄stionē. Vtrū dare decimas sit de iure diuino aut iure positivo hūano. Ius aut̄ diuini i nouo et veteri testamēto cōtinet̄. Et q̄dem nō apparet i nouo testamēto aliq̄s p̄ceptuz datū de decimis soluēdis i doctrina dico euangelij vel apostolica: qd̄ em̄ dicit̄ Matthei. xxi. de solutōne decimarum. Nec oportuit facere et illa non ommittere. et q̄ phariseus dicit̄ Luce. xvi. Decimas do oim̄ que possideo: magis videtur ad statum veteris testamēti pertinere qm̄ obseruantie noui testamēti formam imponere. In veteri autem testamento triplex genus p̄ceptorum erat. Quēdam em̄ erant p̄cepta moralia: quēdā iudicialia: quēdam ce-

rimomalia. **P**recepta moralia sunt que sunt indita rationi naturali: ad que homines omni tpe obligantur. ut honora patrem & matrem. Non mechaberis. Non furtum facies / et similia. **J**udicialia sunt per que iudicia exercebantur: puta si quis fuerit ouem unam / et redderet quattuor. **E**t huiusmodi precepta non sunt indita rationi naturali. non enim ratio naturalis habet quod ille qui furatur ouem / magis reddat quattuor quam tres vel quicquam: sed tamen huiusmodi precepta determinat morale preceptum. habet enim ratio naturalis: quod ille qui furatur debet puniri: sed quod tali pena puniatur hoc determinatur per preceptum iudiciale. **P**recepta autem cerimonialia veteris legis sunt: que pertinent ad obseruationem diuini cultus. et sunt ordinata ad figurandum aliquid futuri. sicut immolatio agni paschalis: figurabat occisionem Christi. **E**st ergo considerandum. utrum preceptum de decimis soluendis sit morale / iudiciale / vel cerimoniale. si enim morale est. ad hoc omnes tenentur: et in omni tempore nulla obstaculo contra consuetudinem. sed hoc non videtur. quia ratio naturalis non dicitur magis quod homo ministro dei det decimam quam undecimam vel nonam partem fructuum. **S**i autem preceptum sit iudiciale: non tenerentur ad decimas dandas: sicut non tenentur omnes ad iudicandum secundum iudicia in lege veteri descripta. quia iudicialia precepta sunt specialiter illi populo data: consideratis conditionibus eius. non enim eadem omnibus expediunt. **S**i autem sit cerimoniale: non solum non obligaret: sed etiam obseruatum induceret in peccatum. **P**eccaret enim si quis agnum paschalem immolaret: quia post aduentum veritatis cessauerunt figure. **D**icendum est ergo sicut antiqui magistri dixerunt: quod quedam precepta legis sunt pure moralia: ut non occides / non fur-

